

24.

M. CHRISTIANUS Weise,

In Illustri Augusteo Polit. Eloqy,
& Poët. Prof. Publ.

Axiomata Politica, Lectionibus

Ordinariis explicanda, denuò intimat
simulq[ue]

ad Orationes Valedictorias

De

STUDIO POLITICO

Cujus præstantiam exponet

CAROLUS ANDREAS Stiegleder/

Sangerhusâ Thuringus,

Utilitatem perseqvetur

NICOLAUS Klaufvel/Longo-Salissâ

Thuringus,

d. 29. Dec. M DC LXXI.

H. L. Q. S.

benevolè ac per amanter audiendas
decenter invitat.

LEUCOPETRÆ,

Excudebat CHRISTIAN WILDEBRANDS.

CHRISTIANUS
MILLITIAE ADIUTIO
SACRAE LITERATURAE
AKADEMIAE POLONICAE FEDERATIONIS
OBLIVIOSIS EXCLAMANDIS DEMONSTRANDIS
PRAECLARIS
SOCIATIONIS VAS
DE
STUDIORUM POLITICORUM
CARTERIS MEDIE ET GERMANICIS
SCIENTIAS PRAECLARAS
LIBERIS ET LIBERTATIBUS
MICROGRAPHIS ET LIBRIS
q. doc. M. DE FICKT
H. L. G. S.
POLYGRAPHICIS
PRAECLARIS
FEDERATIONIS
LITERATURAE
EXCLAMANDIS DEMONSTRANDIS
PRAECLARIS
SOCIATIONIS VAS
DE
STUDIORUM POLITICORUM
CARTERIS MEDIE ET GERMANICIS
SCIENTIAS PRAECLARAS
LIBERIS ET LIBERTATIBUS
MICROGRAPHIS ET LIBRIS
q. doc. M. DE FICKT
H. L. G. S.



Væ Studii Politici debeat esse
methodus, multi scripserunt satis pro-
lixè; pauci satis cum fructu. Eo c-
nim plerosqve collimare video, ut
proposita tantum non omnium Poli-
ticorum ac Historicorum lectione,
perfectissimum Politici exemplar introducere conen-
tur. Qvæ qvidem diligentia plus qvam ferrca, sicut
ab ipsis methodorum concinnatoribus sine dubio non
est adhibita; ita vix est, cur ab alio nimis rigidè dcbeat
postulari. Præsertim cùm ne centesimus qvisq; tan-
tam memoriæ, judicii, imò patientiæ promptitudi-
nem sibi & Magistris qveat polliceri. Qvqd si vero
contemnenda omnino non sint scripta ejusmodi;
qvippe qvorum ea adhuc est utilitas, ut perfectam ad-
hibeant eruditioñis ideam, qvam si minus asseqvi; in-
terim seqvi possit nobissimarum disciplinarum Studio-
sus: Sicut in Ethicis perfecta Virtus etiam imperfectis
imitatoribus prodesse videtur. At tamen id observa-
tum qvoqve à multis est, non inchoati isthic Politi-
cum; sed inchoatum, primisqve jam elementis probè
exultum, perfici atqve consummari. Ut proinde
duplicem Prudentiæ Politicæ cursum ab erudito susci-
piendum esse, non absurdè conjicias, alterum qvi vel-
ut in limine occupetur, & prima saltē p̄cepta in-
qvirat: alterum qvi in ipso palatio, p̄ceptorum bre-
vitate in exemplis ac testimoniis p̄clarissimorum Vi-
torum confirmet, magisqve se ad usum p̄paret. Sa-

A 2

nè

ne qvi in nostro Gymnasio concreditam habemus Ju-
ventutem, ut debitos Posteritati Politicos non con-
fusa aliquâ notitiâ; sed doctrinâ, quantum fieri potest,
ordinatissimâ imbuamus, id negotii impositum nobis
esse sentimus qvâm maxime, ut in ipsis rerum Politi-
carum principiis, aut proponendis aut illustrandis, o-
mnem consumere debeamus curam ac industriam, re-
missis qvæstionum reliqvarum subtilitatibus ad scru-
niorem Academiæ vel Aulæ meridiem.

Et ista quidem oculis meis obversata semper sunt,
sive Tabulis Cellarii explicandis; sive Exemplis adjic-
tiendis; sive disputationibus publicè privatimq; in-
stituendis aliquam impenderem operam. Sed tamen
id deprehendi denuò, duas quasi classes Gymnastico-
rum quoque auditorum esse debere. Nimirum qui
Tabulis Cellarii inhærent, tractare mihi videntur Le-
xicon aliquod Politicum, unde addiscant, qvæ genui-
na ac propria Civitatis, Reipublicæ, Majestatis, Mo-
narchiæ, Regalium, &c. sit significatio. Tametsi
autem istis exempla proponuntur ex omnium Rerum-
publicarum historia, quod nos hactenus ex Hornii Or-
be Politico præstimus; alium tamen vix habent u-
sum, qvâm ut, ex ipsâ velut imagine, vocabulorum
felicius capiant intellectum: non secus ac in Lexicis
Grammaticis nemo percipit, quid sit elephas aut ca-
melus, nisi ipsa animalia, vel ad minimum animalium
imagines disceritum oculis exhibeantur. Enimvero
dolendum est, multos in Politico hoc vocabulario ac-
quiescere, quasi qui semel de Objecto Politicæ, bis de
Rerump. formis, ter de Regalibus perfunctoriè dispu-
tav. sic, ipsam nunc Græciæ salutem habeat in mani-
bus. Qvos quidem regatos velim vehementer, con-
sider-

siderent Politicam in eorum definitionibus audire.
Prudentiam: Prudentiam verò non esse, nisi qvæ do-
ceat agere: Et tanien actionis nullam fieri mentionem,
ubi de sensu vocum præliminaires sunt controversiæ,
Qvamobrem altera se offert classis, qvæ postquam
terminorum intellectiōnem aut exhausit, aut satis de-
gustavit, ad intimiora etiam Prudentiæ principia de-
duci postulat: non ut uno qvasi impetu universum e-
jus campum emetiantur; sed ut facto à generalioribus
ad specialiora progressu, ad actiones se præparari sen-
tiant. Et cùm duplex actionum sit regula, altera qvæ à
Legibus, altera qvæ à Consiliis venit, seu ut clariss lo-
qvar, altera qvæ honestum, altera qvæ utilitatem in-
qvirit, optimè Juvenibus videntur consulere, qvi
præscriptis axiomatibus seu thesibus, vastos Pruden-
tiæ fines breviter contrahunt, & commoda Rerump in
succinctâ qvasi tabula complectuntur. Dedi nuper ali-
qvod istius materiæ specimen, cùm de Legibus dispu-
tarem. Qvas theses qvi legit, aut adhuc legere cupit,
non vulgarem in studio Politico lucem sentiet, no-
stramqve felicius assequetur methodum. Id enim ex
solenni intimatione lectionum nostrarum jam pro-
missum est, velle me provectionis studiis consulere,
& ad veram Prudentiæ faciem inspiciendam, lucem
ac manuductionem commodare; Tirones interim
privatâ exercitatione ad easdem lectiones simili cùm
fructu olim audiendas præparare. Gratulatus autem
mihi sum, datam fuisse occasionem res tam pulchras
& necessarias denuo commendandi, ut, si vestros
profectus, si eruditioñis non circumforaneæ aut vul-
garis supellecstilem, si verum ex historicorum tracta-
tione fructum, si deniqve Patriæ salutem, vestris ali-
qvan-

qvando consiliis promovendam charam habeatis, o-
mni curâ ac contentione apertam vobis viam mecum
velitis strenuè decurrere. Plura qvæ commendatio-
nem augere possint, non addo, qvi semper soleore
magis qvam sermone veritatem sectari. Interim eam
vobis facio licentiam, ut, si nullum vestrum sentiatis
fructum, nihil imposterum mihi credatis. Qvod re-
liqyum est ad d. 8. Januar. anni novi, qvem Deus fe-
licem studiisqve salutarem esse jubeat, horâ consuetâ,
docendi faciam initium, dictitatisqve axiomatibus
succinctas subinde illustrationes subjiciam, ubi prius
Oratione præparatoriâ de STUDIORUM MEO
RUM CURSU, semihorulæ aliquod spatiū con-
sumpsero. Cui freqventes adfuturos, qvi discendi
errores & progressus in exemplo intueri cupiunt,
non despero.

Sed pergendum nunc est ad id, cuius gratiâ po-
tissimum hæc suscepta est præscriptio. Dicent enim
de STUDII POLITICI laudibus Politissimi duo
Juvenes, qvi cùm per aliquot annos in Illustri nostro
Augusteo fuerint versati, & jam ex consilio & ap-
probatione eorum, qvorum valere debet autoritas,
in lucem Academicam prodire cupiant, non prius di-
scendum esse duxerunt, nisi, qvod Statuta exigunt,
& bona cuiusqve indoles requirit, publicâ valedictio-
ne gratitudinis ac observantiae tabulam suspenderint.
Et sanè per fortunam accidit, ut, qvi continui mei fue-
runt Auditores, ejusmodi elegerint dicendi argumen-
tum, qvod commendandis meis lectionibus adeò fue-
rit commodum. Adeste autem Musarum Patroni,
Fautores ac Cultores, & ad designatam in titulo ho-
ram honorificâ vestrâ præsentia ostendite, qyantum
fa-

faveatis studio tam utili tam præclaro. Imò si ad pro-
merendum vestrum accessum qvicqvam facit decla-
mantium probitas, fateri non erubesco, tuisse eos ex
optimorum numero. Literis enim operam dederunt
indefessam, Professorum monitis nunquam fuerunt
contrarii; disputationes tam solennes qvām minus
solennes sine causā relinqvere nefas duxerunt; Le-
ctionibus & publicis & privatis, si qvas Juridico suo
studio utiles fore deprehenderent, libenter adhæse-
runt. Uno verbo, ita se gesserunt, ut Deum roge-
mus, nolit nobis im posterum immittere deteriores.
Qvæ omnia ejusmodi sunt, ut Auditorium non o-
mninò vacuum nobis polliceamur, ac proinde, qva-
si rem certam agentes reciprocam inserviendi prom-
ptitudinem omnibus & singulis decenter spondeamus.
Interim qvod reliquum est paginæ, seqvens expleaf
Propempticum.

Linqve igitur nostras, biga ò lectissima, sedes,
Votaq; pro meritis accipe nostratus.

Ipede felici, qvo te Deus ire jubebit,
Sitq; tui studii summa caputq; Deus:

Provehat inceptos magis, absolvatq; labores,
Ne spem projiciat Patria vestra suam!

Si quid in hoc non pœnituit didicisse Lyceo,
Id, qvæso, in memori pectore conde diu.

Est aliquid superas illic volitare per artes,
Spectare & laudes qvas Studiosus habet.

Sed

Sed tamen, o miseros, qui summa ad culmina
tendunt,

Feariumq; sibi sepe precantur iter.

Si forte inferius sibi vix fundamina constent;

Nec bene ceratas jactitet ala plicas.

Tunc demum egregiam contingit adire Corinthum,

Si tua multiplices dextra parat opes:

Tunc etiam Studiis Academica templa favebunt,

Sis nisi præterita sedulitatis inops.

Quin etiam Bacchi Veneris Martisq; voluptas

Sit procul à vestris, pestis ut ipsa, librī.

Sic Deus & Princeps, Patrum sic alma vor-

luntas,

Patria sic dulcis, sic & amica cohors;

Omnia sic favent; Censor sic dicat iniquus;

Leucopetra fructus non minus esse suos!

P. P. d. 28, Dec. M DC LXXI.

